



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Sacrosancti Et Oecumenici Concilii Tridentini, Pavlo III.
Ivlio III. Et Pio IV. Pont. Max. celebrati, Canones Et
Decreta**

Tridentinum <1545-1563, Trient>

Coloniae, 1615

Sessio XII.

urn:nbn:de:hbz:466:1-42415

SESSIO XII.

QVAE EST SECUNDA,
SVB IVLIO III. PONT. MAX.
CELEBRATA DIE I.
SEPT. M. D. LI.

Decretum prorogationis Sessionis.

Sacrosancta œcumenica, & generalis Tri-
dentina Synodus, in Spiritu sancto legiti-
mè congregata, presidentibus in ea eisdem
Sanctæ Sedis Apostolicæ Legato, & Nuntijs,
quæ in proximè præterita Sessione sequentem
hanc hodie habendam, & ad ulteriora proce-
dendum esse, decreuerat, cū ob inchoatæ Germa-
nicæ nationis, cuius præcipuè causa agitur, ab-
sentia, ac non magnam ceterorum Patrum fre-
quentiam procedere hæctenus distulerit, de
Venerabilium in Christo fratrum, & filiorum
suorum Moguntini, & Treuerensis Archiepi-
scoporum, ac sacri Romani Imperij Principū
Electorum, & complurium ipsius, aliarumque
prouinciarum Episcoporum, sub hanc ipsam
diem aduentu in Domino exultans, & dignas
ipsi omnipotenti Deo gratias agens, firmamq̃
spem concipiens quamplurimos alios, tã ipsius
Germanicæ, quam aliarum nationum Præla-
tos, & sui officij debito, & hoc exemplo cōmo-
ros, propediem esse venturos, futuram Sessio-
nem ad quadragesimam diem, quæ erit vnde-
cima mensis Octob proxime sequentis, indicit;

¶ con-

& consilium ipsum in statu, in quo reperitur,
 prosequendo, cum in præteritis Sessionibus de
 septem Sacramentis nouæ legis in genere, & in
 specie de Baptismate, & Confirmatione defini-
 tum fuerit, statuit, & decernit de Sanctissime
 Eucharistiæ Sacramento, nec non, quæ ad re-
 formationem attinet, de reliquis, quæ ad faci-
 liorem & commodiorem Prælatorum residen-
 tiam pertinet, agi & tractari debere; ac monet
 & hortatur omnes Patres, vt interim, Domini
 nostri, Iesu Christi, exemplo, quantum tamen
 humana fragilitas patietur, ieiunijs, et oratio-
 nibus vacent, vt tandè placatus, qui in secula
 sit benedictus, Deus corda hominum ad veram
 suæ fidei agnitionem, & sanctæ matris Ecclesiæ
 vnitatem, ac rectè viuendi normam reducere
 dignetur.

SESSIO XIII.

QUÆ EST TERTIA,
 SVB IVLIO III. PONT. MAX.
 CELEBRATA DIE IX.
 OCT. M. D. LI.

Decretum de sanctissimo Eucharistiæ
 Sacramento.

Sacrosancta œcumenica, & generalis Tri-
 dentina Synodus, in Spiritu sancto legiti-
 mè congregata, præsentibus in ea eisdem

Sanctæ